



# P O R T V G A L L I A:

Ceice Celium Antonini eidem. Alanqueram ad Flu. Tagum Patriam suam Damianus Goesius, sic dictam putat tan-  
quam Alankerke, Alakorum Fanum ingeniose, & vere. Hæc olim Ierabrica Antonino. Inter Mondam & Durium Co-  
imbrica hodie Coimbra, olim caput Regni Portugalliaæ. Viseum, vulgo Visensis Civitas in opere Conciliorum. Quod  
Opidum hodie Ponte Vouga, Pl. putatur Vacca Lamecæ vulgo Lamego meminit Concilium Toletanum 111. Inter  
Durium denique & Minium Braga superbit: sic hodie dicitur, quæ Bracara Augusta Ptol. Braccara Augusta Anton. Au-  
gusta Bracarum Plin. Ab Gallis Braccatis conditam fama refert, anno ante Christum natum ccxc. Augustæ cognomen  
addiderunt Romani Victores. Tam olim celebris, ut conventus hic fuerit ex septem Citerioris Hispaniæ unus, unde  
Vrbes xxiv, auctore Plinio, jus petere consueverant. Ausonius hanc urbem tali nobilitat Elogio:

*Quæque sinu pelagi jaEtat se Bracara dives.*

Sita est ad Aiesten flu. cuius fontes in spino monte quatuor ab Vrbe milliaribus distant. Vallem amoenissimam Vrbi adjacentem irrigat multis hortis, pomarijs pratis & viridarijs exultam: Vrbem adluit, atque in Ayum majoris famæ fluvium prope antiquum Opidum Villam Comitis influit. Quidam falso Setherem vocant. Totius Hispaniae Prima tum antiquissimo jure sibi vindicat: qua de re cum Toletana Sede vetus ei Lis est & Contentio. Quod porro Calem Antonino, nunc Gaia censetur: quod φέρεται λαμπτών Ptol. Hodie Lima: quod κολιόβρυα eidem hoc ævo putatur Berganca. Sex milliaribus a Bracara Augusta versus Euronotum locus est, Sitania Incolis, habitatore carens, ubi olim Cininia fuisse perhibetur, nobilis Lusitaniæ Vrbs. Ad Tammagum flumen Vicus est, non ultimi tamen nominis, Chaves vulgo appellatus, olim Aquiflavia nobilis Lusitaniæ Civitas, & alia Opida.

*Flumina.* Fluvij sunt *Anas* sive *Guadiana*, *Tagus*, *Mondegus* *Durius* & *Minius*: Horū duo celeberrimi, *Tagus* & *Durius*; ille mœnia Olisipponis alluit, & vi, aut vii inde Milliaribus in Mare influit: Hic prope urbem *Portam* præterfluens ii infra eandem Milliaribus itidem in Oceanum se exonerat. *Portugallia* ab Occasu & Meridie Atlanticum respicit Oceanum, qui præter *Pisces* quos abunde suppeditat, plurimas easque maximas commoditates præbet. Huic copias suas omnes, ut debet, ita & acceptas fert, ac grata memorque beneficia immortalia agnoscit, illum meliore ratione aurifluum quam *Nilum* suū vetustas, dignatur, quod hujus ope & merito merces undecunque Terrarum importatas accipiat, eo pacto nullius indiga, rursusque quibus ipsa copijs abundat, per Navigia exportet, cōmercij causa Terras quacunque non accessas petens; quo dum pervio uti licebit, ( licebit autem dum rerum universi ordo suis constabit legibus) non defuturas sibi opes sed perennaturas confidit. *Montes* Montes hic pauci, iisque non magni, ut sunt quos *Incolæ* vocant *Sierra de Mochiquo*, *de Chaldecatao*, *de Sordedas*, oliri dicti *Montes Luna*, &c. Sunt & hi plerique *Lucis Nemoribus* que cōfisi. Sunt etiam *Sylvæ* & densa *Nemora*, in quibus Hispaniæ Principes venari solent. Ad Meridionalem Vribis Bragæ partem *Silva* est *Primalis*. Perdicum ac Leporū abundantia celebris; in cuius fere medio Fons est amoenissimus. In opidulo Bethleem, templum est D. Virginī dicatum, sumptuque incredibili exstructum: *Emanuelis Lufitaniæ Regis* Monimentum, quod dum viveret, sibi ipse designavit. Magna tamen Operi accessio facta ab Ioanne xxi Emanuelis Filio; quod indicat inscriptum. Arcui Tetraastichon litteris bessalibus:

*Vasta moles sacrum divinæ in littore Matri  
Rex posuit, Regum maximus, Emmanuel.*      *Auxit opus hæres Regni & pietatis, uterque  
Structura certant Religione pares.*

Suntque in Interamni Portugallia, ut scribit Vasæus, præter Ecclesiam Bracarensem Metropolitanam, & Portu-  
gallensem Cathedralem, atque alias quinque Collegiatas, plusquam centum triginta Monasteria, quorum pleraque  
reditus habent amplissimos: præterea plus minus M cccc lx Parochiales, ut scribit quidam. Certe in parte quæ Bra-  
carensim agnoscit Ecclesiam octingentæ recensentur. Ex qua re fertilitatem & Religionem antiquam Gentis facile  
agnoscas. Sunt & Pontes quadrato lapide elegantissime constructi, eodem teste, prope ducenti. Taceo Xenodochia,  
Nosocomia, Orphanotrophia, Turres editiores, pulcherrimas ædes, hortos amœnissimos, & ejusmodi.

Academias habent in hoc Regno *Eboracum & Coimbra*: Prior ab Henrico Cardinale Lusitanię, ejusdemque Civitatis Præfule, nuper instituta. De ea Iacobus Payva, *Quid si Academiarū*, inquit, *gloria magis literarum & virtutum splendore, quam antiquitate constat*: *hac, certe paullo ante constituta cum antiquissimis & toto orbe celeberrimis jare certare poterit*. Satis enim illa præfert specimen Integritatis, Prudentiae, Pietatis, Fidei & Religionis, quibus mirum in modum excellit Henricus Princeps clarissimus, qui illam egregie fundatam, mirifice auctam, omnibus necessarijs rebus munitam, nobis & posteritati exædificavit. Altera etiam instituta nuper a Ioanne II Portugalliae Rege.

Sunt Lusitani omnium Hispanorum fortissimi, veloces, agiles, mobili corpore levique, ut facile & fugiant hostem & insequantur; prompti, laboris patientissimi. Sunt & eo ingenio, ut magnifice de se & rebus suis sentiant: atque ipsi dicitant se vivere ex opinione, hoc est se sustentari potius eo, quod se esse putant, quam eo quod revera sunt. Rei Navalibus sunt peritissimi, ac Navigationibus ad incompertas Regiones toto Orbe notissimi; Mercatorum commercijs ditissimi. Maxime autem Mercaturæ Lusitani student, ad quam loci commoditas ipsos non parum invitat. Nam facie versus Occidentem conversa, habet a dextra hoc Regnum Galeciam, Biscaiam, Galliam, Angliam, Germaniam, & reliqua Regna Septemtrionalia: a fronte Insulas Accipitrum, quæ alias Terceræ nominantur: Insulas Fortunatas, una cum Indijs Occidentalibus. A sinistra Andaluziam & fretum Herculeum, per quod in Mare Mediterraneum: & inde in Italiam & Græciam navigatur. Relicto vero Freto, si a sinistra Africam circumnaviges plurimæ inveniuntur Regiones, & plurimi populi ut constat, Antiquitati incogniti.

# A L G A R B I A,

**A**lgarbia ab Arabibus nomen accepit, significatque Campum Arvumque felix & uber, in quo omnia ad commutationem necessaria. Linea autem cuius initium ab Ana fluvio inter Amnes qui vulgo *Vataon* & *Careivas*: finis autem ad Opidulum *Odesiça*, id est ab Oriente versus Occidentem protracta, separat *Algarbie* regnum ab ipsa Portugallia, omnium Hispaniq Regnum minimum & ignobilissimum. Comportantur eo ex varijs Hispaniq partibus secundo Anæ decursu Vina omnis generis, Sicca, Bastarda, Romana, & ejus classis alia, quæ porro navibus imposita in Galliam, Inferiorem Germaniam, aliisque avehuntur. Opida habet *Balsam* Ptolemæo, Plinio, Antonino & Pomponio Melæ, quæ hodie *Tavila* ut Coquus opinatur: *Ossonobam* Plinio, & Antonino: quoru ille *Lusturiam* cognominat, *Ossorabæ* est Ptolemæo putaturque quæ nunc *Siluis*. Fuit etiam ibidem ad Sacrum Promontorium Vrbs *Lacobriga* Pomponio, cuius etiamnum ruinæ ruderaque visuntur prope *Lagos* Opidum maritimum, in Vico, qui Lusitanica Lingua *Lagoa* vocatur, uti scribit Vasæus; Ejus Incolæ *λαγγοβίται* Plutarcho, Sertorium depingenti. *Algarbia* Comitatus initio in dotem ab Alphonso x, Legionis Rege, ut prisci referunt Annales, datus fuit Alphonso iii Portugallæ Regi, quem filiam ipsius Beatricem, quam ex Pellice genuerat, uxorem ducret. Natus ex eo *Conjugio Dionysius*: qui primus Algarbiorum Regis titulum usurpare coepit.

# P O R T V G A L L I A

ACTENVS in genere Hispaniam descripsimus : nunc postulat Methodus, ut specia-  
tim & per partes eam perambulemus. Varie a varijs fuisse divisam in Generali descriptio-  
ne diximus. Nos vero Partium Hispaniae, quo ordine methodoque ab Hondio deline-  
antur, descriptionem, quam poterimus fidelissime, proponemus. Eam octo Tabulis absolu-  
vit, hoc ordine. In prima describitur Portugallia, in secunda Biscaia, Guipuscoa, & Legio. In  
3 Castella Vetus & Nova. In 4 Galecia. In 5 Andaluzia, ubi & Conventus Hispalensis & Gades. In  
6 Valentia. In 7 Catalonia. In 8 Aragonia & Catalonia. Portugalliam, quæ primo loco se of-  
fert, Lusitaniam Veteres dixerunt. Lusitanie autem (quæ Asturavia Ptol. & aliis; Appiano au-  
tem Asturavia) nomen impositum tradunt M. Varro & Plin. ab Luso Liberi filio, Lysaque cù  
eobacchante : Lusitaniam enim dici, tamquam Lusi regionem, quum raria nihil aliud  
quam Regio. Marcianus putat Lusitaniam appellari ab fluvio cognomine, qui nunc forte Tagus, Portugalliam quidam  
nuncupatam volunt a Portu Gallorum. Andreas Resendius, cuius sententiam sequuntur alij docti, Portugallia ap-  
pellationem manasse notata a Portu Cale, quod Opidum Durij Fluminis ostio adpositum Piscationis gratia frequen-  
tari quomdam solitum: unde tanta hominum multitudo confluxit, ut in Civitatem opulentissimam evaserit, & Por-  
galio (quasi Portus Cale) nominari cooperit : inde vero totum Regnum nomen postea obtinuisse. Ceterum Portuga-  
lia hodie, si Terræ latitudinem ab Meridie Septentrionem versus spectemns major est quam Vetus Lusitania ; sin ab  
Occasu in Ortum, Longitudinem, minor. Lusitania olim ad Boream terminabatur Durio Flumine, & alio minore,  
quod hodie Thormis, in ripa dextra Vrbem gestans Salamanticam ; ductaque ad faciendum Limitem Orientalem ab  
Iujus fonte per Solerium montem Saltumque Manlianum ad Anam (ubi Castra quomdam Vicelliana) Linea : A-  
etque porro progressu per Emeritam Augustam ad Mare. Paullo sequiores Lusitanie terminos tribuit Strabo lib.  
11. Portugallia vero hoc ævo versus Boream excurrit supra Confluentes Minium Aviamque ad Opidum usque Ri-  
adaniam, in Aviæ ripa positum, qua Parte Galeciam spectat, ductaque hinc in ortum Linea ad Mirandam usque  
ad Durium collocatam, inde vero Meridiensi versus recto fere progressu facto ad ostia Anæ fluvij, quo latei Castel-  
e, Extremaduræ & Andaluziæ est confinalis: ad Notum & Occidentem Atlanticum respicit Oceanum, adeo ut am-  
itus ejus censeatur esse 15 CCC XXX milliarium. Optima in hac Regione Aëris Temperie, ac Cœli serenitate atque  
bertate præstat. Abundat Vino, Oleo, Malis aureis, Citreis, Amygdalis, Melle Cera. Ac fructus quos hæc Regio  
producit bonitate antecellunt fere omnibus, qui in locis finitimis nascuntur. Et quamvis Incolæ non tantum Fru-  
menti ex Agris suis colligant, ut ipsis ad victum sufficiat, tamen ex Gallia & Germania quantum opus habent, adve-  
titur. Plurima alit hæc Regio Animalia, Equos imprimis magno numero, tantæ velocitatis agilitatisque, ut vento  
conceptos crederent veteres. De his scribit Varro Cap. 1. lib. 11. de R. R. In fæturd, inquit, res est incredibilis in Hispa-  
nia, sed vera : quod in Lusitania ad Oceanum, in ea Regione ubi est opidum Olisippo, monte Sacro quadam e vento certo tempore  
incipiunt Equæ, ut hic gallinae quoque solent, quarum ova hypenemia appellant : sed ex his equis nati pulli, non plus triennium  
vivunt. Eadem scribunt Columella, Plinius, & alijs. In Lusitania Sus quum esset occisus inquit idem Varro Cap. IV. ejus-  
dem libri de R. R. Attilius Hispaniensis, minime mendax, & multarum rerum peritus in Doctrina dicebat L. Volumnio Sena-  
ri Missam esse Offulam cum duabus costis, quæ penderet 111 & XX pondo. ejusque Suis a cute ad os pedem & tres digitos fuisse.  
Portugallæ Regnum primum circa annum 115 c initium habuit. Ad id enim usque tempus sub Hispaniæ nomine cen-  
tebatur. Legendus præter alios Ioannes Bar. cap. 1. Asiati. Dec. Primum Regum Lusitanorum Progenitorem Fa-  
ci commemorant Henricum Duce Lotharingiæ, Comitem Limburgium, Virum Animo Magnum Manuque  
romptum : qui Laribus in Hispaniam translati, Tyresiam duxit Alphonsi vi Castellæ Legionisque Regis filiam,  
accepta in dotem ea Galleciae Lusitanæque parte, quæ nunc Portugallia : quam non ita pridem ipsem suam virtute  
& Saracenorum & Maurorum servitute vindicarat. Defuncto circa annum 115 cxii Patri successit Alphonsus I, qui  
Portugallæ se Ducem appellans, Regis titulum ab exercitu accepit anno 115 cxxxix, victoriam consequutus in A-  
stro Orichiensi contra Ismarium, & alios quatuor Saracenorum Maurorumq; Reges : qui iisque Scutorum Insignia  
acti monumentum posteris relinquens. Successerunt huic recta fere linea Sanctius, Alphonsus II, Sanctius II. Alphonsus  
II, Dionysius, qui primus Algarbiorum Regis Titulum usurpare cœpit, Alphonsus IV, Petrus, Ferdinandus, Ioannes, E-  
wardus, Alphonsus V Africanus cognomine, Ioannes II, Emanuel, Ioannes III, Sebastianus in Africa interfectus, Henricus  
Primo Cardinalis, & Antonius : quo, quod Nothus diceretur, pulsò, ut proximus heres Regnum occupavit Philippus  
Hispaniarum Rex, Emanuelis per Isabellam primogenitam Nepos: cuius hodie Filius Philippus III feliciter His-  
paniæ quanta quanta est, imperat. De Portugallæ Regibus eorumque ortu & Genealogia, rebusque gestis adeundi  
Rodericus Toletanus lib. vii. de rebus Hispaniæ cap. v. Rodericus Sanctius, Marineus Siculus, & alijs. Portugallæ  
Metropolis est Olisippo, ut ea dicitur in antiquis & probatæ fidei M. Varri, Plinii, Antonini, Melæ exemplaribus.  
In vulgatis enim nunc Olyspo, nunc Olisippo. item Vlyssipo; aliisque modis scribitur, ολυσπη Strab. οδυσσεις Stephan-  
o, hodie Lisbona, vel, ut Incolæ proferunt, Lisboa. Vrbis nomen ab Vlysse derivare, absurdissimum, quum is extra  
retum Herculeum numquam navigarit. Præit nonnihil ad verum Eymon Ptol. apud quem divisim & vitiose legi-  
tur ολισπη. Olisippo enim, dici videtur, quasi ολος ιππων, quo innuitur totum illum Hispaniæ tractum, ubi anti-  
quis Lusitania, tanquam Equorum quoddam fuisse Stabulum, ob incredibilem Equarum ijs in locis fœcundita-  
tem. Apud Plinium etiam Felicitas Julia nuncupatur. Emporium est, reliquis Orbis terrarum nobilissimis concen-  
trum : Divitijs supra modum adfluens : Mercium peregrinarum, quæ ex Asia, Africa, America adferuntur Prom-  
tuarium celebre : Situs ad Tagi fere Ostium amoenissimi commodissime : amplum, quodque sua magnitudi-  
ne Montes quinque, totidemque Valles (nam olim multo erat minus, unumque tantum, ut quidam tradunt, Col-  
onum occupabat) complectitur. Ex parte, qua mari adluitur, Portis distinguitur XXII, qua Continentem respicit  
XXVI : Turribus per Murorum gyrum Lxxvi i munitur. Tempa, quæ Græcis Parochiæ, xxv numerantur : præter  
eæc plurima sunt quæ Monachis, Anachoretis, Vestalibusque sunt attributa. Olisippone, ut Matrem agnoscunt  
trans Taganæ : Ebora Plin. & aliis, εβρα Ptol. quæ vulgo hodieque Evra. Liberalitas Julia cognominatur Plinio  
et differentiam aliorum Hispaniæ Opidorum, quæ Ebora dicebantur. Begia vulgo Beia, vel Bexa : olim Pax Julia  
Antonino : παξιλια Ptol. Setubal, olim, ut opinatur Clusius, Salacia : quæ tamen Varrerio Moralique putatur AL-  
far de sal in Algarbiæ regione : Almada, Ptol. καιροβοζ : Antonino Catobriga : Iacobus tamen Delgadus scri-  
bit hodie vulgo Troiam vocari. Cis Tagum haud procul Olisippone Aquilonem versus Cascale Opidum est situm,  
ubi Naves Onerariæ, jactis Anchoris, ventum Æstumque, ut flumen ascendant, operiuntur. Propius ad ur-  
em accedenti Bethleem occurrit, Opidum. Sunt ibidem Leiria, Tomar, Guardia, non ignobilia, neque obscuræ  
ominis Opida. Prope Leiriam urbs fuit Pl. Colippo, ejus ruinæ S. Sebastiani Varrerio. Haud procul Tomare visitur